1011. VIII, 4.

S. Hac hora tuas accepi, et simul aliunde complures. Summo vero ornatissi-
mibique ex animo colende Blaurere, insignia esse miracula hoc saeculo, quibus
extenta Dei manus in orbem Christianum apte significetur. tanto illa magis
horrenda, quod hactenus adeo non obtinetur a perverso corruptoque mundo iusta
contritio et poenitentia, qua Deus placetur iratus, ut de die in diem publici-
tus in peius proficiat. ut ~~[illegible]~~ tum in ~~[illegible]~~ pervagatus lateque omnia vasta-
te incendio, quisque vel paucis quanti sit est, sibique pietatis sincerae studiis
consulat. conversus ad salutis anchoram non fallentem Iesum Christum
qui est propitiatio pro peccatis nostris. idemque dux vitae ad gloriam patris ~~[illegible]~~ nunquam
desituram. De Tossano nostro miror nihil te scribere, cum hinc ad te
proficiscenti literas dederim. ~~[illegible]~~ unde suspicor eum forte mutato
consilio, ab itinere deflexisse. maxime cum Viretus significet Lausannam transiisse
Genevam versus. neque obscuris literis et Farelli et Vireti (quem dixi) in suspi-
cionem trahatur, vir hactenus prae multis aliis eximius per ecclesias testimonii
tum mutato antiquo pietatis ~~[illegible]~~ cursu. ambitione ~~[illegible]~~ inani inflatus,
improba quaedam machina foveat, sanctosque deiiciat. cumque is rumor paulo fusior
ante ad me delatus, reficiebar tamen consolatione singulari. quod te cum Farello
Montpelgardum concessurum esse audieram. eo quod per vos Dei servos, fideles
et praeclaros facile subnascenti aliorum malo remedium allaturos sperarem.
Verum cum adeo tu hoc ~~[illegible]~~ silentio perreas. et Genevam concessisse intelligam. ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ non explico mihi ipsum satis. quare denuo te precor, ut quae tibi super
eo negotio constant, prima quaque occasione significare velis. et quid et
nobis agendum censeas docere. ~~[illegible]~~ sumus enim et eius ecclesiae et pastoris
utrique prae aliis vel ob vicinitatem debitores. Quod Calvini scriptum
attinet. scripsi paucis sententiam. quam fusius explicare cupio ubi coram
dabitur (quod unice spero et opto) colloquendi ~~[illegible]~~ dabitur facultas.
~~[illegible]~~ De Locarnensibus ~~[illegible]~~ meum ~~[illegible]~~ animo eorum dolorem aperui. metuo ~~[illegible]~~
ne non in persecutores modo sed pusillanimiter constitutorum capita redundaturi
sint sanctorum gemitus.

c.

~~[illegible]~~

De Comitijs Augustanis Legati a Rege Ferdinando proposita, qb. ille
primum deplorat Germaniam discerptam ~~[illegible]~~ contensione ob religionis ~~[illegible]~~ dissensionem
~~[illegible]~~ quae nisi ea restituta salua permanere nequeat etc. De Remedio
autem saepe cogitasse Caes. Maiestatem adque summum Pontificem prius usitatum ~~[illegible]~~ tandem ordinibus
et Imperij suffraganeis deuenisse. Concilij namque legitime celebrandi decisionem.
Verum quae remorae interuenerint satis perspicuum omnibus esse. Et quia etiam nunc
idem studium, consentientis religionis formam constituendi necessarium sit, quam quod
maxime, siquidem saluam patriae incolumitatem uelint, id in deliberatione agitandum
esse, utrum denuo Universale Concilium et constituendum et ~~[illegible]~~ qua ratione
ineundum sit, ne denuo tempore interrumpatur, an Colloquijs denuo ut pridem
inter doctos institutis quaeratur Concordia ~~[illegible]~~ uel per Germaniam formula.
Deinde uero de conseruanda Germaniae pace contra perturbatores quosdam (inter eos uidetur
Albertum innuere) deque Camerae Imperialis in tales autoritate. ~~[illegible]~~ Proposita
haec sunt 5a februarij. Et quia non uenerant ~~[illegible]~~ cum consilijs instructi ad non praeuisam (?)
consultationem de religione et principes et legati principum ~~[illegible]~~ dixerunt
a Jo. Friderici Electoris defuncti ~~[illegible]~~ filijs missi erant, se de his
et huiusmodi nihil habere a suis principibus in mandatis, quam ut aperte ~~[illegible]~~
profiterentur ipsos Confessionem Augustanam et pacto Pataviensi stanturos, reque
quemcumque euentum aequanimiter ~~[illegible]~~ constanterque excepturos. Idem Reverendum (?) Dux
Christopherus Virtebergensis qui octaua die febr. illinc domum uersus discessit.
~~Sollicitat~~ cum Stratus (?) e Bauarus qui et ipse in sua sese recepit. Interea
tamen Palatinum Electorem et alios Rex sollicitat, ut praesto sint.
Sed utrum sit aliquid futurum incertum est. ~~In Saxonia~~ et fortasse
animus perdent consilia ~~[illegible]~~ ob motus bellicos in Saxonia, ubi scri-
~~[illegible]~~ bitur conscribi exercitus, hinc a Marchionibus Mechelburgense
(et ciuitatibus maritimis) Daniae rege, holsteinij fratre, illinc uero ab Henricho Brunsuicensi

quem pecunia egregie instruendus fertur, innitique ut pro Episcopum Hildes-
heimensem armis deterreat, nam in eum filium suum per unum ~~[illegible]~~ sit Henricus de turbato (?)
Ducis Holsteinensis fratre. Antuerpiam Imperator 10 Vexilla militum
induxit, ad cohibendos sub iugo ciues, quia exactiones nimis onerosas iniquius
ferre coeperant, adde etiam subnascentem ueram religionem. Par ~~[illegible]~~ eius urbis
cum Gandauo uidetur futura conditio. Rex Angliae Bruxellam
uenturus dicitur, ut succedat patri in Brabantiae gubernatione, quem
~~[illegible]~~ affirmant multi per Angliam in Hispaniam reuersurum, ideo quod
Germanici aeris rigora ~~[illegible]~~ atque intemperiem nequeat ferre. Haec
cursim ad te raptim ipsa hora qua accepi. Bene vale Basil.
2a. febr. An. 55.

D = März!

S. Sulcerus

D. M. Ambrosio
Blaurero uiro
uenerando suo

Montpel